

14. Avviso di Roma del 30 luglio 1586.¹

Il Papa ha assegnato i 12 mila scudi della Transazione con i Caffarelli per la Scala della Trinità, ed ugualmente i denari degli spogli di Spagna per i lavori di S. Pietro, con pensiero, finite che siano le fabbriche di S. Giov. Laterano et di S. Maria Maggiore, di voltare quelle spese et quelle maestranze a questa struttura, che con l'agiunta di 20^m sc. l'anno, che pagaranno i Spagnoli di più dell'ordinario per la confermatione, che ha loro fatta il Papa di cruciate, sussidii et escusadi potressimo vedere il tempio di S. Pietro tutto ornata et finito.

Orig. Urb. 1054 p. 313^b, Biblioteca Vaticana.

15. Sisto V ai Superiori ed Alunni di tutti i Seminari.²

Roma, 23 agosto 1586.

Indulgentia.

Sistus Papa Quintus.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Semper Apostolicae Sedis zelus complexus est caritate atque officiis nationes omnes, quamvis moribus, institutis, regionibus disiunctissimas, semperque illis praesto fuit omnibus in rebus quae ad ipsarum salutem atque ad Dei gloriam catholicaeque Ecclesiae amplitudinem pertinerent, nec quenquam omnino in quo modo aliquid posse profici in hoc genere existimaret, a sua cura et studio alienum duxit. Eos vero imprimis semper commandatos habuit, quos praestanti ingenio et naturae bonitate praeeditos optimis etiam disciplinis sanctaque educatione institutos, caeteris quoque ad pietatem ac salutem adiumento esse posse intelligeret. Ab hoc studio et caritate, haereticorum perfidia omnia permiscente, seminaria sunt profecta, in quibus cum a caeteris Romanis Pontificibus, tum proxime a Gregorio piae memoriae, nunc etiam a nobis ad hoc munus laboriosissimum nullo nostro merito vocatis, ea in primis cogitatio suscepta est, quo pacto in maximis Sedis Apostolicae angustiis temporumque difficultatibus provideri posset, ut haec ipsa seminaria cum disciplinarum sinceritate, tum pietatis praestantia florerent, tanta cum stabilitate, quantam et rei ipsius gravitas requirit et communis Ecclesiae boni ratio et Dei gloriae studium exposcit. Et nos quidem hactenus ea, quae nostrorum seminariorum sustentationis causa ad aliquot annos fuerant constituta, non modo conservavimus, sed auximus etiam. Perpetuis igitur in Indiis orientalibus seminariis institutis, nefariis haereticorum conatus obsistendi studio depravataeque in tam remotis regionibus ecclesiasticae disciplinae restituendae hoc maxime tempus idoneum iudicavimus ad vos scribendi, Apostolicae Sedis alumni, sive e

¹ Cfr. sopra p. 441, 444, 499.

² Cfr. sopra p. 101, 138.